

bus se coherceri atq; gubernari non est passus. Sed
qui tanquam Tyrannidem teneret, suo arbitrio ue-
stire, suo more uiuere uoluit. Nemo profecto il-
lum in ulla uitæ parte moderatum, aut legum me-
tuentem fore credet. Et hac impudencia plerique
sunt qui ex scholis postea, non tantum ambiunt ad
ministrationem ciuitatum, Sed multo honestiorem
prouinciam docendæ religionis, ad quam adferre
singularem modestiam oportebat. Audiui in terra
SVEVIA Principem fuisse summa prudentia ac
pietate præditum EBERARDVM Barba-
tum sic .n. uocant, Ad hunc aiunt uenisse iuuenem
quendam pctentem sacerdocium, forte huic uentus
aperuit uestem ut uideret princeps scissas militari-
more caligas. Id. nunc nemo tegere studet, tanta est
impudencia, in illo casus retexerat, Ibi princeps ut
erat acerrimus exactor, custosq; disciplinæ morum
ita commotus est, ut quanquam loqui latine non so-
leret, tamen iræi hæc uerba expresserit, Vade
ira, Sic illum, quia ei succenseret e conspectu suo
abire iussit. Ac tantum absfuit, ut sacerdocium con-
ferret, ut etiam uehementer obiurgatum dimise-
rit, quod in principis conspectum uenire cum
scurræ habitu, quod ambire sacerdotium ausus esset,
cum hac significatione impudenciæ, ac leuitatis, a
qua longissime abesse sacerdotes deæt, O censuram
dignam

*B. H. v.
nam Eber.
Lamb.*